



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCCCLXXII. ad annum DCCCCIX.

Parisiis, 1644

II. Vt Joanni papae honor obedientiaque ab omnibus exhibeatur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15967

C A P I T V L A.

I.

VT sancta Romana ecclesia sicut est caput omnium ecclesiarum, ita ab omnibus honoretur & veneretur. neque quisquam contra ius & potestatem ipsius aliquid iniuste agere præsumat. sed liceat ei debitum tenere vigorem, & pro vniuersali ecclesia pastoralem exhibere curam, atque sacris precibus omnium pro omnibus interpellare auctorem.

II.

Vt honor domino & spirituali patri nostro Ioanni summo pontifici & venerabili vniuersali papæ ab omnibus conseruetur: & quæ secundum sacrum ministerium suum auctoritate apostolica decreuerit, cum summa veneratione ab omnibus suscipiantur, & debita illi obedientia in omnibus conseruetur.

III.

Et licet in omnibus id obseruare velimus, præcipue tamen sancimus, vt in termino beatorum Petri & Pauli apostolorum principum, nemo in eundo & redeundo, vel ibi morando, aliquam vastationem & deprædationem facere præsumat: & quæ ipsius sanctæ Dei ecclesiæ propria sunt, nemo aliqua iniqua machinatione, sine voluntate ipsius scri pontificis, sibi vindicare præsumat. Quod si quisquam fecerit, restitutis male præsumptis, immunitatem ipsius ecclesiæ persoluat, & bannum nostrum tripliciter componat.